



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De sacerdotij & Imperij affinitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

tissimi, cunctæque militiæ, vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxilijs virtutem nostræ potentia confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem, sacris literis in principio iustum credimus alloquendam, inuitantes atq; rogantes, ut pro firmitate & statu nostri imperij, æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur, &c.

*DE IMPERIO ROMANO EIUSQUE PRINCIPIS
officio, religione & fidei Catholicae professione,
atq; primum de Sacerdotij & Imperij affinitate.*

Caput hoc in plura capitula subdivisum est, quibus singulis brevia argumenta titulorū loco præfixa sunt, ex quibus & quæ in marginibus annotata sunt. Lector facili negocio colligere potest, quid eodem hoc toto capite comprehendatur.

IVSTINIAN. IMPERATOR IN PRAEFAT. Auth. Quom. oport. Episcop. & cæt. cleric. ad ordinat. perduci.

Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei à suprema collata clementia, Sacerdotium & imperium, illud quidem diuinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens, ex uno eodemq; principio utraque præcedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotū honestas: cùm vtiq;

Sacerdotium & imperium
Dei dona.

Principi cura
esse debet de
sacerdotum
honestate.



vtiq; pro illis ipsi semper Deo supplicant. Nā
si hoc quidem inculpabile sit vndiq;, & apud
Deum fiducia plenum: Imperium autē regē
& competenter exorinet traditā sibi rempub-
licam, erit consonantia quādam bona, omne
quicquid vrile est humano conferens generi.

MAXIMAM IGIT VR HABEAT SOLL.
CITVDINEM IMPERATOR CIRCA
VERA DEI DOGMATA, ET SACER-
DOTVM HONESTATEM, QVAM IP-
SIS OBTINENTIBVS, IMPERIO, VT
CREDENDVM MAXIMA DONA DA-
BVNTVR A DEO, ET EA QVAE FI-
VNT, FIRMA HABEBIT, ET QVAE
NON DVM VENERVNT, ACQVIRET.

IYSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE NON
alienand. aut permitt. reb. Ecclef. &c. &c. finimus
igitur Imperio &c.

Imperator est.
se debet soli-
citus circa ve-
ra Dei dog-
mata.

NEc multum differant ab alterutro, sacer-
dotium & imperium, & res sacræ à com-
munibus & publicis: quandò omnis sanctissi-
mis Ecclesijs abundantia, & status ex impe-
riali munificentia perpetuo præbeatur.

Ecclesiæ ex
imperiali li-
beralitate a-
bundare de-
bent.

DE HIS QVÆ SPE- CTANT AD OFFICIVM ROM. IMPERATORIS.

IYSTINIAN. IMP. IN PROOEM,
Instit. in princ.

Imperatoriam maiestatem nō solūm armis
decoratam, sed etiam legibus oportet esse Imperator le-
armatum, sib⁹ & armis

